Sed u *qui ſi aliquis princeps dicat teſtimonium contra reum, nunquid ei ſoli creditur? Reſpon. Aut agitur de modico præiudicio, prout eſt inquirere, procedere contra reum: & hoc caſu creditur ſolius principis aſſertioni, vt dixi ſupra q. 6. verſic. præterea ſcias; Aut verò agitur de magno præiudicio, & tunc aliqui dicunt,* x *loquendo de ſummo Pontifice, quod nullo modo creditur eius aſſertioni in facto tertij.* y *Et hanc dicit eſſe communem opin. Soc. inter conſilia Curtij ſenio. conſi. 20. poſt numerū 12. Alij vero loquendo de ſummo Pontifice dicunt, quod imò ſtandum eſt eius aſſertioni; & hanc dicit eſſe communem opin. Aret. in cap. cum à nobis, numer. 7. de teſt. nedum in ijs, in quibus Papa habet ſummam poteſtatem, ſed etiam in omnibus cauſis profanis, etiam laicorum, prout illum refert Ruin. conſilio 103. num. 11. lib. 5. Ego pro nunc de ſummo Pontifice nihil determino: Quò verò ad reges, & Principes ſeculares, ſic diſtinguo: Aut princeps atteſtatur de eo, quod ipſe vidit: & illi ſoli creditur etiam ad condemnationē arg. clem. litteris. de probatio. Aut princeps aſſerit aliquid, quod ipſe intellexerit coram alijs fuiſſe geſtum: & non eſt ei ſoli credendum: poſſet enim princeps male ab alijs informatus fuiſſe. Et hoc caſu duo concurrerent ſpecialia: Primum, quòd crederetur ei ſoli: Secundum, quod teſtis deponenti de auditu alieno adhiberetur fides: quorum vtrunque eſt contra communes regulas, vt dixi in d. §. Teſtis. Bene verum eſt, quòd ſi Imperator diceret aliquid ſibi conſtare ex relatione Principum facta ſibi, & rem eſſe adeò notoriam, vt non indigeret probatione, & reſcriberet proprio motu, tunc eſſet credendum eius aſſertioni, ſecundū ferè omnium opi. vt dicit Socin. conſil. 87. poſt num. 19. lib. 3. ſaltem quo ad hoc, vt transferretur onus probandi contrarium parti contrarium affirmanti: quod tamen egò in præſentia non affirmo.*

22 *Præterea* z *dixi, quod contra dicta teſtium opponi ſolet quòd non concludant. Poteſt autem in primis allegari, quod non reddant cauſam ſcientiæ;* a *licet enim regulariter teſtis non interrogatus ſuper cauſa ſcientiæ non teneatur illam reddere, vt dixi ſupra libro ſecundo, §. Teſtis: eſt tamen ſpeciale in cauſis criminalibus. vt* b *teneantur teſtes etiam non interrogati reddere cauſam ſcientiæ: alias non probant, neque faciant indicium. Ita dixit Innoc. in cap. cum. cauſam, de teſt. quem omnes Doctor. ſequuntur, teſte Marſil. conſil. 50. numero 10. Et hæc eſt communis opin. vt ait Bald. conſil. 182. numero 2. libro 4. prout illum refert Nouell. in pract. crim. fol. 114. num. 15. & Viuius in lib. communium opin. fol. 271. verſ. teſtes in cauſis, quamuis in libro meo id non dicat Apoſt. ad Fel. in d. cap. cum cauſam, ſub num. 2. de teſti ſecundum vltimam impreſſionem. Sed* c *hoc intellige, vt procedat in*

42 gis communis opinio, quod narratiuæ Papæ de geſtis non coram ſe, ſed alibi, non creditur, vbi agitur de magno præiudicio Gabriel. conſ 129. num. 5. vbi multum latè hanc quæſtionem tractauit, etiam ſi adſit clauſula, motu proprio, & Gramm. in deciſ. 65. num. 6. maximè quando tractatur de eius intereſſe, & an aſſertioni Papæ, uel Cardinalis, vel Principis, uel Iudicis, ant notarij ſtādum ſit, vide omninò Maſcard. in concl. 139. & ſeq. & 1227. & Plot. in conſil. 1. num. 8.

43 Item adde, quod † Principi recognoſcenti ſuperiorem aliquid dicenti nō creditur. Deci. conſ. 412. volum. ſecūdo, quem refert, & ſequitur Plot. conſil. 53. nu. 1. & in conſ. 2 num. 8.

44 Item adde, quod † ſtatur narratiuæ Papæ, cum magno præiudicio tertij, quādo ſumus in antiquis, & cum adminiculis, ſecūdum Creſcent. deciſ. 89. Mohedan. deciſ. 271. & ſequent. Gomeſ. deci. 38. Angel. Auguſt. deciſ. 410. Ferret. in conſ. 249. num. 3. volum. 2. vbi de communi, quos omnes refert, & ſequitur Viu. commu. opin. 193. & 342. 639 numero 4. & Crauet. in tractatu de antiq. tempor. 2. par. num. 33.

Item adde, quod Imperator, Rex, vel alius Princeps non poteſt ſtatuere, quod credarur in cauſa propria ciuili, vel criminali, Imperatori, Regi, aut Principi, & ſi ſtatuerit, non valet ſtatutum, Bald. & Comes Bened. de Plotis in conſil. 5. inter conſil. crimin. diuerſor. tomo 2. *Baiard.*

x *Loquendo de ſummo Pontifice.*) Adde quid in Iudice ſic aſſerente? ſupr. q. 31 verſ. fama; Contrarium, quod imò non credatur ſupra q. 6. verſ. ſed quid ſi reus ad finē. Vide omninò Crauet. tract. de antiq. tempor. parte prim. Alex. conſ. 180. nu. 11. volumine ſecundo, infra q. 64. verſiculo, ſed nūquid bannitus. Item Crau. cōſ. 48. num. 1. *Drogh.*

y *Et hanc dicit.*] Farinacius quæſtione 63. capitulo tertio, volumine ſecundo, numero 79. vbi format regulam affirmatiuam in Papa, & numero octauo in Imperatore, & Rege, numero octuageſimoſeptimo, cum pluribus ampliat. & limitat. ad eum recurre. *Roſſ.*

45 z *Prætereà dixi.*) Adde, quod † quando teſtes deponunt de illis maleficijs, quæ poſſunt percipi ſenſu corporis, probant ſine alia ratione, etiam ſi nō ſint de cauſa interrogati. ita Deci. conſilio 100. numero primo; & quibus caſibus teſtes, qui rationem ſcientiæ non reddunt, probent, vide per Campeg. in tractatu de teſt. reg.

46 Item adde, † quod ſi ex depoſitione teſtis cauſa, & ratio etiam non reddita colligi poſſet, veluti ſi quis dicat, fui præſens, tunc dictum valet. Innocent. Felin. & Bald. in capit. cum cauſam, de teſti. & Illuſtriſſ. Card. Alban. Compater meus in lucubrat. ad Bartol. in leg. ſolam, C. de teſtib. vel videri, ſuo uel iudicio ſuo. *Baiard.*

a *Licet enim regulariter.*) Farinac. quæſt. 7. uolum. 3, nume. 14. & ſeqq. cap. 1. Qualis debeat eſſe ratio cap. 3. num. 127. De ratione, quia uicinus cap. 3. num. 164. *Roſ.*

b *Teneantur teſtes etiā non interrogati, reddere cauſam ſcientiæ.*) Adde idem per Cranet. in conſ. 2. & 56. num. 3. conſ. 125. num. 10. & iſtud eſt uerū, quo ad iudicādum ad torturam, non quo ad præſumptionem. Campeg. regul. 246. Sed quæ dicatur ſufficiens ratio, Vide per Boſſium in tract. crimin. tit. de oppoſi. contra teſtes, à numer. 73. uſque ad numerum 80. Et quibus caſibus ualet dictum teſtis rationem non reddentis, habetur per Campeg. de teſtibus, ſub reg. 193. & 342. & quibus caſibus non ualeat generaliter per eundem Campegium in dicto tracta. reg. 192. & per Crott. eodem tract. 7. part. numer. 112. ubi plenè. Sed plenius ad notaui in regul. meis Ciuil. iudic. §. cauſa ſcientiæ per teſtes per totum. *Giach.*

c *Sed hoc intellige.*) Farin. d. q. 60. c. 20. nu. 91. & 101.

Sed hoc intellige.) Ad-
47 de, quod † teſtes ad defenſam, etiam quod ſint domeſtici, & familiares; ſi deponunt per uerbum credo, probant, Māzzol. in conſil. 77. num. 10. Po-
48 teſt † etiam opponi, quod deponunt de auditu, quo caſu non probant. Bertaz conſ. crim. 244. numer. 4. conſilio 491. numern 11. nec ſunt ueri teſtes, conſi. 283. num. 12. & maximè ſi audiuerunt ab illis, qui ſunt ſuſpecti, & quibus nullo modo credendum eſt, conſilio 251. numero 37. & 38. & conſ. 296. num. 7. faciunt aliqualem præſumptionem, quæ ſuſpicio dicitur conſ. 255. num. 6. conſ. 288, num. 14. & 15 conſil. 487. num. 2. Farinac. quæſt. 43. numero 164. & talem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium contrarium Bertaz. conſ. 406. n. 14. & 15. faciunt indicium ad torturam de materia mandati, Farinac. q. 44. num. 14. cum fama plenè probant, Bertazz. cōſ. 366. num. 15. non ſic, ſi unus tantum eſſet, Farinac. quæſt. 47. numero 77. & ſequent. probant contra producentem, Bertaz. conſ.

teſtibus, d *qui ad offenſam deponunt: ſed teſtes, qui deponunt ad defenſam, vtiq; probant, etiamſi cauſam ſcientiæ non exprimant. Et hanc opinionem cōmunem appellat Viuius in loco præallegato. Poſſunt,* e *autem, & alia multa circa hoc coutra teſtes dedaci, ſecundum facti contingentiam, prout latiut dixi in allegato; §. Teſtis.*

conſ. 311. numer. 3. & 484. num. 8. probat. de auditu confinia, Bertaz. conſ. 366. num. 14 ſi varij eſſent, non probant, ergo de falſo non puniantur, Bertazzol. conſ. 523. num. 3. *Baiard.*

d *Qui ad offenſam deponunt.*] Adde, quod talis teſtis debet interrogari à iudice, non autem à Notario, vt praui moris eſt, ſupradicta quæſtione vigeſimaſexta, in principio. *Drogh.*

e *Poſſunt autē.*) Quid ſi non cognoſcit litigātes; idem Farinac. quæſt. 17. oppoſit. 25. numer. 31. & 34. dicto volumine tertio, & per totam, quia generaliter materiam tractat. *Roſ.*

QVÆST. LIV.

De exceptionibus, quæ aduerſus inſtrumenta, actaque in cauſis criminalibus producta proponuntur.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Delictum non poteſt probari per inſtrumentum.*
2 *Acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali.*
3 *Et quid ſi illud iudicium ciuile erat ſuper crimine.*
4 *Confeſſio procuratoris facta in iudicio ciuili, an præiudicet principali in iudicio criminali.*
5 *Confeſſio principalis facta in iudicio ciuili an ipſi præiudicet in criminali.*
6 *Sententia lata in loco delicti an ſit mittenda executioni in loco originis.*

Ex Additionibus.

1 *Crimen an, & quando probetur per inſtrumentum.*
2 *Acta facta in iudicio ciuili an probent in criminali.*
3 *Dictum vnius teſtis in vna cauſa probet contra eundē teſtem contrarium deponentem in alia inter diuerſas perſonas.*
4 *Confeſſio facta in vno iudicio, non probat in alio.*
5 *Confeſſio vera præiudicat, licet fortuito facta.*
6 *Confeſſio facta in inquiſitione nocet etiam ad fauorem perſonæ, quæ non fuit pars illius iudicij.*
7 *Confeſſio facta per litteras miſſas iudici probat.*

QVÆST. LIV.

1 D*Ictum, eſt de excuſationibus, quæ perſonas, & dicta teſtium concernūt: Sed quid ſi accuſatore ad probandum delictum produxerit aliqua inſtrumenta? Reſpon. Poteſt dicere reus, quod delicta non probantur per inſtrumenta: ſolet ad hoc allegari text. in capit. cum in eccleſiis, de maior. & obed. & eſt doctrina Bartol. in l. Senatus, numero 2. ff. de Senatuſconſ. Turpil. quam dicit eſſe communiter approbatam Curt. iun. in authent. ſi quis in aliquo poſt num. 34. verſ. quarto aduerte, C. de edendo. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Berous in cap. etſi clerici, numero 4 de iud. Et dicebat Dyn. quod hæc opin. tenetur, & ſeruatur pro euāgelio, quem refert Gand. de malefic. in titul. de pœnis, numero 15. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando crimen conſiſtit in facto ſeparato ab ipſo inſtrumento, puta, homicidium furtum, adulterium, &c. ſed ſi crimen conſiſteret in animo, prout eſt hæreſis, vtiqui per inſtrumentum, in quo aliquis aſſereret aliquid hæreticum, poſſet crimen ipſum probari. Idem ſi quis ratificet per inſtrumentum delictum commiſſum ab alio, pariter talis ratificatio, quæ etiam ipſa eſt delictum, vt dixi infra quæſtio. 87. verſicul. quæro nunquid, poterit per ipſum inſtrumentum probari. Idemque ſi delictum conſiſteret in facto incorporato, vel connexo ipſi inſtrumēto: puta, ſi aliquis faciat inſtrumentum contractus vſurarij, certè poterit delictum vſuræ probari per illud inſtrumentum. Et illam concluſionem declarat practica, quæ eſt optima legum interpres.*

2 *Item* b *ſi producantur aliqua acta, poteſt reus dicere, quod acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali. Et ita communiter concluditur, vt dicit Felin. in c. at ſi clerici, nu. 26. de iud. Ripa in l. 2. nu. 40. C. de edendo, quem refert Pract. Conradi, fol. 283. num. 10. in fi. & Villalob. in ſua collecta commun. opin. in littera A. poſt*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LIV.

a D*Ictum eſt.*) In hac quæſtione tractatur an delicta probentur per inſtrumenta, & acta publica; concluſio eſt, quod nō, adde Marant. in ſua practica, parte ſexta, actu decimo, ſub titulo actorum, ædit. numer. 30. Bartol. in l. Senatuſconſultū in principio, ff. ad Turp. & de hac materia Baldus in l. contra negantem, Cod. ad legem Aquil. & adeſt Decretum Mediolani ſuper hoc, nè bānum poſſit probari per teſtes, de quo dixit Menochius de arbitr. iudic. libro ſecundo, centur prima, caſ. 57. numero octauo, declara, vt ibi, & vide Bartolum magiſtraliter loquentem in l. 1. §. Hoc edicto, numero 3. cum ſequ. ff. vi bonor. rapto. limita, quando ſcriptura ad probationē actorum fieri potuit, cum autem ſecus, per teſtes tūc fieri poteſt probatio, Crau. conſil. 12. ſub numero quinto, contrarium, quòd imò talia acta publica ꝓbari poſſint etiā per teſtes, retulit Menoc. tractatu de adipiſc. poſſeſ. remedio 4. ſub num. 915. ex Dec. in capitulo quoniam contra, numer. 235. extra de probationibus, diſtingue, vt ibi: vide Cartar de executione ſenten. contra bannit. cap. fin. ſub num. 38. ad fin. verſic. ſed quia per inſtrumentū, Lāfranc. cum in c. quoniam contra in princ. nu. 23. de probat. *Drogh.*

Dictum eſt de excuſationibus.) An delicta per inſtrumenta probentur, ſeu de exceptionibus, quæ aduerſus inſtrumenta, actaue in cauſis proponuntur, Farinac. volum. 4. ſuæ praxis, q. 84. numero 1. & ſequent. & præcipuè nu. 9. & 12. & 16. & 21. & 19. & ſequentibus, quia limitat. *Roſſ.*

Dictum eſt de exceptio-
1 *nibus.*) Adde † videndum Maſcard. de probat. concluſ. 460. & 499. volum. 1. vbi latè tractat, an crimen probetur per inſtrumentum, & in quibus caſibus. *Baiar.*

b *Item ſi producantur aliqua acta.*) Adde Bened. de foro Sempronij in Repertor. Fel. in verbo, acta, vbi ponit Fallent. Felin. *Guiot.*

Item ſi producantur.) Adde ad hoc videndum, Maſcard. de probat. concluſ. 34. vol. 1.

2 Item adde, † an probationes factæ in iudicio

cio ciuili, faciant fidem in iudicio criminali, latè Marian.Soc.in repet.c.qualiter,& quãdo,q.13.art.2.

3 Item adde, quod † dictum vnius teſtis in vna cauſa facit fidem contra eundem teſtem, deponentem contrariũ in alia cauſa inter alias perſonas, Felyn.in cap.cauſam,quę de reſtit. nu.21. Baiard.

b *Ad inquirendum.*] Adde, l.quod euitandi, C. de cond. ob cauſ. *Guiot.*

c *Sed quæro nunquid.*) Farin. q.81.vol.4.c.3.nu.108. *Roſ.*

d *Sed quid ſi exhibeatur.*] Confeſſio principalis in cauſa ciuili,an in criminali præiudicet, Farin. vol.4. ſuæ prax. q 81.c.3. nu.92.& ſeqq. Roſſ.

Sed quid ſi exhibeatur.)

4 Adde,† quòd intelligendũ eſt de confeſſione vera,& non ficta, Roman.in ſing. 301.ſi confeſſus,& Alex. in lege ſecunda, §.1. ff. de vi bonor.rapt.

5 Item adde,† quod confeſſio vera prȩiudicat, etiã ſi fortuito facta fuiſſet, Bald. in l. quod euitandi, C.de condit.ob turp. cauſ. Felyn.in cap. at ſi clerici, num.12. de iud.

6 Item adde,† quod confeſſio facta iudice inquirẽte nocet confitenti etiam ad fauorem perſonæ, quæ non fuit pars illius iudicij; non autem cõfeſſio, quãdo fuit facta mediãte accuſatore, vt per Felyn. in cap.cauſam,quæ num.23. de teſtibus.

num. 47. Diaz.reg. 10. Sed hoc intellige, vt procedat, quãtum ad hoc, vt plenè probent; ſed bene faciunt indicium b *ad inquirendum, vt dixi ſupra q.19. Et hoc quidẽ de plano procedit, quando huiuſmodi cauſa ciuilis fuiſſet agitata ſuper aliqua re in controuerſiam deducta; Sed quid ſi fuerit intentata ſuper crimine, prout ſæpenumero contingit, iuxta ea, quæ dixi in loco præallegato? Reſp. ꝙ adhuc talia acta, neque etiã ſententia ſuper ipſo crimine lata, non faciunt fidem in iudicio criminali. Et eſt cõmunis op. vt dicit Abb. in c.per inquiſitionem, poſt nu. 12.de elect. quem refert Berous in c. qualiter,& quando,nu.87. de accuſ. Apoſtil. ad Ang. de malefic. in verbo, Et ad querelam, col.pen. verſic.& aduerte.*

4 *Sed* c *quæro, nunquid confeſſio procuratoris facta in vno iudicio ciuili praiudicet principalis in alio iudicio criminali. Reſpond. quod non,& ita tenent communiter DD. vt dicit Berous in loco præalleg. nu. 91.*

5 *Sed* d *quid ſi exhibeatur confeſſio ipſiuſmet principalis facta in alio iudicio ciuili? Reſp.quod (ſecundũ aliquos) plenè præiudicat confitenti, Et ita videtur tenuiſſe Spec. in tit.de actionib. §.ſuper petitionibus, num.8. cuius opin. dicit eſſe communem Aret. in c.cauſam quæ, num.17.& ſeq. de teſt. quem refert Boſſ. in titul. quomodo procedatur per exceptio.n.4.& in tit.de plurib.viol. poſt num. 17. Idẽ dicit Public. ſuper conſuetu. Alue. fol. 21. num. 11. Mihi vero ſemper placuit cõtraria op. quod ſcilicet huiuſmodi confeſſio facta in iudicio ciuili non faciat in iudicio criminali plenam probationem, ſed tantummodo ſemiplenam, & ſic indicium ad torturam. Cum enim ſit facta corã alio iudice, & ad alium finem, potius debet dici extraiudicialis reſpectu ſecundi iudicij, quam iudicialis; merito non debet ſufficere ad condemnationem, & ſi caſus contingeret, forte ita ſeruarẽ, niſi vna cum ipſa confeſſione* c *concurrerent alia indicia.*

6 *Sed pone, quod exhibeatur ſententia, & condemnatio lata contra aliquem in loco delicti, nunquid illa faciet fidẽ in loco originis, vel domicilij, Ita vt ſit executioni mittenda? Reſp. ꝙ nõ; quando eſt lata per iudicem alterius territorij prorſus ſeparati, ſcilicet, ꝙ ſit ſub alio principe, vel ſub alio præſidẽ prouincia, vt dixi inf.q.96. verſic. item quæro: ſed tantummodo facit cantra eum indicium, ita quod etiam aliter non cõſtito de delicto, poterit contra eum procedi. Et ſuperioribus annis ita deciſum fuit in ſenatu,& iuſſus fuit detineri quidã Io. Ambroſ. Plenus, ſubditus huius ducatus ratione originis, qui fuerat Peruſijs condẽnatus ad furcas pro vulnerib.illatis cuidam 4. Septemb.1560. A. C. Ceterum ſine cauſæ cognitione nõ ſolent tales ſententiæ executioni demãdari. Et ita reſcripſit ſenatus prætori Cremonę, 2. Auguſti 1554. P. N.*

7 Item adde,† quod confeſſio principalis abſentis facta per litteras miſſas iudici prȩiudicat, quia probat, vt per Bald.in c. olim ex litteris, de reſcriptis: num.7. *Baiard.*

e *Concurrerent alia indicia.*] Adde, ꝙ imò etiã concurrent alia indicia, non poſſet quis condẽnari, niſi ſtatuto ei termino ad faciẽdum defenſiones, ſupra q.46. verſ.eſt igitur in principio.q.21. verſic. confeſſio extraiudicialis. *Drogh.*

f *Sed tantummodò.*] Cart.de exec. ſent. c.fi.n. 11.& plur ſequ. vbi vult, vt etiam videatur proceſſus vſq.29.& nu.36. *Roſ.*

g *Qui fuerat Peruſij condemnatus.*] Adde ſup. q. 16. verſ. An autem accuſatus, vbi dixi practicã, infra q.96.verſ.Item quęro, ibi, ſed hoc intellige; vide Bald. hoc dicentem in l.executorem, ſub numero 30.C.de execut.rei iudic. verſ. & ſic eſt argum. *Drogh.*

QVÆST. LV.

De exceptionibus, quæ contra propriam confeſſionem opponi poſſunt.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De exceptionibus, quæ contra propriam confeſſionem proponi poſſunt.*
2 *Confeſſio extraiudicialis non ſufficit ad probationem delicti.*
3 *Confeſſio facta coram iudice incompetenti non valet, niſi vt extraiudicialis.*
4 *Et quid ſi facta fuerit parte præſente, & acceptante.*
5 *Et quid ſi facta ſit coram iudice non ſedente pro tribunali, remiſſiue.*
6 *Et quod ſi talis confeſſio emanauit extra cauſam, de qua agitur.*
7 *Et quid ſi fuit extorta a iudice ſub ſpe impunitatis.*
8 *Et an iudex poſſit huiuſmodi impunitatem reo promittere.*
9 *Et an reus confeſſus ſub ſpe talis promiſſionis, poſſit ex ipſa confeſſione ad mortem condemnari.*
10 *Et quid ſi conſtet de delicto, an poſſit reus ex propria confeſſione condemnari.*
11 *Et quomodo dicatur conſtare de delicto.*
12 *Confeſſio facta a minore ſine auctoritate curatoris an illi noceat.*
13 *Confeſſio facta ſuper proceſſu formato iuris ordine non ſeruato an noceat confitenti.*
14 *Et quid ſi facta ſit in tormentis.*
15 *Confeſſio cum qualitate adiecta, an poſſit pro parte acceptari, & pro parte reijci.*
16 *Et an ſaltem reus ſit mitius puniendus.*
17 *Cautela quomodo debeant hoc caſu concipi verba confeſſionis*
18 *Reus an poſſit confeſſionem a ſe ſponte factam reuocare.*

Ex Additionibus.

1 *Confeſſio quid operetur, remiſſ.*
2 *Confeſſio extraiudicialis quando probet.*
3 *Confeſſus coram ſacerdote, & teſtibus an ſit reus criminis.*
Veriſimilia quæ dicantur, remiſſ. num. eod.
Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam.
Et confitens extraiudicialis facit indicium ad torturam.
Et confitens extraiudicialiter delictum punitur arbitrio Iudicis de illa iactatione, & gloriatione, num. eod.

CONSULTA
USO EXCLUSIVO
EN LA SALA

4 *Confeſſio coram Iudice incompetenti an probet.*
5 *Et an poſſit reuocari.*
6 *Confeſſio extraiudicialis cum iuramento plenè probat.*
7 *Confeſſio incidenter facta an præiudicet.*
Et quid in Sacr.Conſilio Neap.
8 *Et quid in crimine falſi.*
9 *Confitens delictum ſub ſpe immunitatis, quomodo ſit puniendus, remiſſ.*
10 *Iudex an poſſit blandè, in conuiuijs confeſſionem à reo extorquere.*
11 *Confeſſio ſub promiſſione impunitatis, an, & quando præiudicet.*
12 *Et an Iudex teneatur eam ſeruare.*
13 *Confitens ſe hominem occidiſſe, & proieciſſe in mari, an puniatur cadauere non apparente.*
14 *Delictum fuiſſe commiſſum ſufficit quomodocunq; conſtare.*
15 *Confeſſio ſola delicti an noceat, ſi de delicto non conſtat.*
16 *Et quid ſi Iudex condemnauerit, & poſtea conſtet.*
17 *Sententia lata per Iudicem alterius dominij an probet delictum alibi commiſſum, ſi aliter non conſtat.*
18 *Perſona, cui fuit res ablata, ſi neſciatur, non refert, ſi de re conſtat.*
19 *Confeſſio quando non præiudicet, remiſſ.*
20 *Hæreſis quomodo probetur.*
21 *Confitens ſe latronem, & diſrobatorem ſtratarum ſibi non præiudicat, niſi crimina confiteatur in ſpecie.*
*22 *Confeſſio quando ſufficiat ad condemnationem.*
22 *Corpus delicti ex coniecturis probatur, vbi ipſius veſtigia non remaneant.*
23 *Confitens ſe Titium occidiſſe condemnari poteſt, ſi Titius ille non reperiatur.*
*23 *Mutus, & ſurdus à natura homicidium confiteri poteſt.*
24 *Iudicis præſentia in criminalibus ſupplet defectum curatoris*
25 *Confeſſio ſuper proceſſu facto, non ſeruato iuris ordine, an, & quando præiudicet.*
26 *Confeſſio coram Iudice delegato, non validat proceſsũ nullũ.*
27 *Confeſſio nulla non firmat proceſſum inualidum.*
28 *Probationes apertiſſimæ tollunt ineptitudinem proceſſus.*
29 *Confeſſ. an validet proceſſum nullũ ex defectu iuriſdictionis*
30 *Confeſſio etiam ratificata non ſonat inquiſitionem formatam non præcedentibus indicijs.*
31 *Confeſſio quando dicatur ſanare vitium proceſſus.*
32 *Confeſſio torti ſine indicijs eſt nulla.*
Et iurata, & in criminibus exceptis, & millies ratificata.
Idem in tortura indebitè repetita.
33 *Teſtes torti ſine indicijs non probant.*
Confeſſio torti inualida validatur docto de cõfeſſione prius extraiudicialiter facta.
Confeſſus in tormentis abſque indicijs, etiamſi pluries ratificarit, & delictum per euidentiam facti ſit verificatum, an & quomodo ſit abſoluendus.
34 *Confeſſio leuiter torti ſine indicijs an valeat.*
35 *Confeſſio facta metu torturæ an valeat.*
36 *Et quando dicatur talis.*
37 *Et quid ſi ſuperueniant indicia.*
39 *Et quid ſi fuerit lata ſententia vigore dictæ confeſſionis.*
40 *Et quid ſi ſuperueniat indicium confeſſionis extraiudicialis.*
41 *Confitens delictum cũ aliqua qualitate, an, & quõ puniatur.*
42 *Confitens ſe vulneraſſe ad ſui defenſionem, quomodo teneatur probare qualitatem; ſi de pęna conuentionali agatur.*
43 *Confitens delictum ſimpliciter, an cenſeatur confiteri eius qualitatem.*
44 *Reſponſio indefinita debet intelligi ſecundum præcedentem interrogationem.*
45 *Abb. declaratur, remiſſ.*
46 *Confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, an poſsit torqueri, vt purè fateatur.*
46 *Cautela quomodo hoc caſu ſit dandum reſponſum.*
48 *Reſponſio rei, non occidi, & ſi occidi, feci ad meam defenſionem, an ſit admittenda.*
49 *Confeſsio, an, & quando poſsit reuocari.*
50 *Et quid ſi ſit redacta in ſcriptis.*
51 *Et quid ſi conſtet de errore in vna parte ipſius.*
52 *Et quid ſi non ſuerit acceptata.*
53 *Et quid ſi ſit datus terminus ad deliberandum.*
54 *Error quomodo probetur, remiſſ.*
55 *Confeſsio an poſsit reuocari in ſecunda inſtantia.*
56 *Pater an poſsit reuocare confeſsionem filij ſpurij.*
57 *Confeſsio poſt ſententiam quando reuocetur.*
58 *Et quid poſt exceptionem.*
59 *Et an ex interuallo.*
60 *Et an poſt cooncluſionem.*
61 *Et, quid ſi adſit iuramentum.*
62 *Renunciari defenſionibus in criminalibus non poteſt.*
63 *Confeſsio an poſsit declarari, remiſſ.*
64 *Reuocatio confeſsionis calumnioſè petita non eſt aduittẽda.*
65 *Confeſsio facta ſub promiſsione gratiæ, an poſsit reuccari.*
66 *Et quid de confeſsione facta ob contumaciam.*
67 *Confeſsio poteſt interpretari, vt tamen non perimatur.*
68 *Confeſsio deliberata, an reuocetur.*
69 *Confeſsio facta in libello, poſitionibus, & precibus, an poſsit reuocari, remiſſ.*
70 *Confeſsio in dubio non præſumitur erronea.*
71 *Confeſsionis error quomodo cognoſcatur, & probetur.*
72 *Confeſsio geminata an poſsit reuocari.*
73 *Confeſsio iuncta cum probationibus non reuocatur.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. LV.

Viſis defenſionibus.] Quæ exceptiones contra propriam confeſſionem opponi poſſint, Farinac.volumin.4 ſuæ praxis, quæſtione 82.regul. 1. *Roſſ.*

Viſis defenſionibus, quæ
2 *contra teſtes.*] Adde † videndum de viribus confeſſionis Riminal. iun. in conſ.103. num.29.& 30. vol.1. *Baiard.*

b *Et in primis.*] Adde
2 quod † confeſſio extraiudicialis veriſimilitudinibus fulcita, etiam plenam probationem in criminalibus facit, Capyc. deciſ. 179. num. 2. Marſil. in l.de minore, numer. 52.ff.de quæſtion. Tiraquel. l. ſi vnquam, C.de reuoc.donat. Marſil. conſil. 116. & Carrer. in l.obſeruare, numero 165.& tandem arbitrio Iudicis commiſſum eſſe, dicit Boer. deciſ. 164. num. 5.& 6.&
3 vbicunque confeſſio † extraiudicialis facta foret de aliquo crimine coram Sacerdote, & aliquibus alijs teſtibus, tunc ea dubio procul operaretur, vt confitens ipſe diceretur publicus reus criminis ita confeſſati, Abb.conſil.2.column.1.vol.2.Felin. in capit.auditis, column.penult.de reſcript.& Socin. conſil.127. col.2.volumin.3. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & ſequitur Viu. deciſion. 149. Et cognoſcendum, quæ ſint veriſimilia, late per Tiraquel. vbi ſupra in prȩfatione, num. 60. cum multis ſeqq. Decian.conſ.62.n.76. vol.3. & Menoch.de arbit.iud. caſu 85.

Item adde, quod confeſſio extraiudicialis non ſolum facit indicium ad torturam, ſed etiam confitens delictum extraiudicialiter iudicis arbitrio punitur de illa iactatione & gloriatione, Marſil.in l. de minore, numero trigeſimoſecundo, ff.de quæſtionibus, & Menoch.de arbitrar.caſu 331. *Baiard.*

c *Extraiudicialis.*] Adde Fel in c.at ſi cler.de iud. vbi dicit eſſe com.op. quod confeſſio extraiudicialis nihil operetur. Et licèt non probet, facit tamen indicium, vt per Alc. in c. cum

QVÆST. LV.

1 *Viſis* a *defenſionibus, quæ cõtra teſtes, aut acta in iudicio exhibita proponi poſſunt, Quæro, quid ſi reus confeſſus ſit delictum, nunquid adhuc non obſtante confeſſione, poterit ad euitandam condemnationem, aliquid ad defenſionem ſuam adducere. Reſpondet. quod ſic.* b *Et in primis poteſt dicere, quod talis confeſſio fuit* c *extraiudicialis, quę quidem non ſufficit ad probationem delicti. Et ita communiter dicitur, vt ait Paris Put.de ſynpic.fol.439. cap. 3.in primis verbis. Ita etiam*